

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Penitencia o<sup>2</sup>  
cum fontibus primis

Amaritudinem radicis dulcedo pomi compensat; pericula maris spes lucri delectat; dolorem medicine spes salutis mitigat. Qui desiderat nucleum, frangit nucem.  
Penitenciam agat qui uult eterno adherere bono.

Amaritudinem radicis dulcedo pomi  
compensat; pericula maris spes lucri  
delectat; dolorem medicinae spes  
salutis mitigat. Qui desiderat  
nucleum franget nucem.  
Paenitentiam agat de malo qui uult  
aeterno adherere bono.

Anonymus (Pseudo-Hieronymus),  
*Expositio euangelii secundum Marcum*,  
1 (CCSL 82, M. Cahill ed., p.15, ll.204-208).

Preconia Christi narrare possunt  
qui ad palmam indulgencie  
meruerunt peruenire.

Ieronymus super Marcum super illud:  
Penitemini et credite euangelio.

→ Cum sancti Dei Christum laudant, ipsi  
fiunt sine dubitatione laudabiles, quia  
non  
← possunt praeconia eius digne narrare,  
nisi  
qui ad palmam indulgentiae  
meruerint peruenire.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 62, 12 (CCSL 97, M. Adrien ed., p.554, ll.225-228).